

introducitur fit, hoc enim ad similes casus non est trahendum, *c. que a jure*, 28. *de reg. juris*, in 6. item nisi propter necessitatem aliquid statutum sit: nam nec hoc ad similes casus trahendum, *cap. in argumentum*, 78. *de reg. juris*, in 6. 1. *quæst.* 7. *cap. quod pro remedio*, 9. *quæst.* 1. *c. ordinationes*. §. *quævis*. *cap. cum in cunctis*, 7. *in princ. vers. ea propter*, *de elect. c. in causis*, 19. *in fin. de sentent. & re judic.*

Rationes vim legis habere dicuntur a Gratiano. *dist. 1. cap. consuetudo*. §. *porro*.

RATUM quis habere non potest, quod ipius nomine non est gestum, *cap. ratum*, 9. *de reg. juris* in 6.

Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, *cap. ratihabitio*, 10. *de reg. juris*.

Ratihabitio subsequens confirmat contractum præcedentem, *cap. accessit*, *de desponsat. impub.*

Ratihabitio confirmat matrimonium, quod ab initio non fuit. *c. insuper*, *qui matrimon. accusar. poss.*

Ratihabitio confirmat religionem, *cap. cum virum*, *de regular.* Item sententiam, *c. cum ad sedem*, *de restitut. spoliar.* Item confirmat procuratoris transactionem, ita ut eam nemo postea retractare possit, *c. contingit*, *de transact.*

RECOGNITIO delicti extra judicem nocet, sicuti confessio, *c. per inquisitionem*, *de elect.*

RECONCILIANTUR cœmeteria, in quibus excommunicati sunt sepulti, aqua benedicta solemniter inperla, *cap. consuevisti*, *de consecr. Eccles.*

RECONVENTIONIS & exceptionis differentia, *c. cum dilectus*, 2. *de ordine cognitionum*.

RECONVENIRE potest reus actorem in eodem iudicio: & conventio & reconventio paribus passibus ambulare debent, *dist. c. cum dilectus*. 2. §. *nos autem distinguendum*. *vers. quæquam in idem*. *item cap. 1. de mutuis petitionibus*.

Nisi interdicto recuperandæ possessionis agatur: huic enim reconventio non potest opponi. *c. ult. de ordin. cognit. item c. ad ultimum*. 2. *de causa possessionis*, fallit etiam supradicta regula, si excommunicatus reconventionem opponat, *cap. cum inter*, 5. §. *fin. de exceptionibus*: tertio fallit, si apud alium, quam actionis Judicem reconventio opponatur, *c. dispendia*. 3. §. *reus quoque*, *de rescript. in 6.* Quarto, si apud arbitros causa agatur, *c. cum dilectus*, 6. *de arbitris*.

Modus procedendi per rescriptum conventioni præscriptus, etiam reconventioni datus intelligitur, *cap. prudentiam*, 2. *de mutuis petitionibus*.

REGULA, *dist. 3. cap. regula*, *in princ.*

RELIGIONEM intrans, dummodo sit sanus, nil Ecclesiæ parochiali tenetur præstare, *c. de his*, *de sepult.*

Religionis habitum potest quis in domo propria suscipere & tenere, *c. ex parte tua*, *de convers. conjug.*

Religionum diversitas reprobatur, maxime mendicantium, *c. ne nimia*, *de religios. domib.*

Religionem ingredi non prohibentur conjugati, ante carnalem copulam, *c. verum*, *de convers. conjug.*

In religione per annum commoratus, nec ad seculum redire, nec uxorem ducere potest, *c. consuluit*, *eod. tit.*

Conjugatus post carnalem copulam religionem ingredi non potest, nisi de licentia uxoris suæ, *cap. ad Apostolicam sedem*, *de convers. conjugat.* qui vero ita semel ingressus est, repeti non potest, *c. dudum*, *eod. tit.*

Impubes religionem ingredi non potest, nisi de licentia parentum, *c. 2. de regular.* nec invitatus, vel in ætate non legitima, alias a parentibus extrahi potest, *c. 1. eod. tit.*

Religionem intrans ante 14. annum consummatum, poenitere potest, *c. ad nostram*, *eod. tit.*

Religio tenuis quæ dicitur, *c. & si quæstiones*, *de Simon.* Cum religiosis facilius dispensatur, quam cum Laicis,

quoad ordines, *c. ex literarum*, *de apostat. & reit. baptisim.* De religione ad religionem magis arctam transiri potest, *c. licet de regula*.

Religionis habitum assumens, etsi vidua, etsi in domo propria, resilire non potest amplius, *c. vidua de regularib.*

Religiosus de religione ad religionem ex levitate non transeat, alias ad arctiorem transire potest, *cap. Joannes*, *eod. tit.*

Religionem intrans, renutiare potest annali probationi, *c. Apostolicam*, *eod. tit.*

Religiosus ante professionem exiens, quando uxorem ducere possit, quando non, *vide in c. consulti*, *eod. tit.*

Religionem intrans non habet habitum professorum, *cap. statuimus*, *eod. tit.*

Religione exiens ad reditum cogendus est, & per Prælatum revocandus, *cap. ult. eod. tit.*

Religionem ingressus per metum, qui in constantem virum cadere potest, non obligatur ad religionem, *c. 1. de iis*, *quæ vi metusue*.

Religiosis interdicitur chirurgia, *c. tua nos*, *de homic.* Religiosus nec fidei iurare, nec mutuum accipere potest, sine consensu Capituli vel Abbatis, *c. quod quibusdam*, *de fidei iuss.* alias conventus solvere non tenetur. *ibid.*

RELIGIOSUS locus efficitur locus ad hospitalitatis usum deputatus, *c. ad hæc*, 4. *de religios. domib.*

Locus in quem mortuus illatus est, Religiosus efficitur: nisi hæreticus eo sit illatus, *c. quicumque*, 2. *in princ. vers. & locus ille*, *de hæret. in 6.*

Res sacra, vel RELIGIOSA alienari, obligari, vel civilibus usibus commodari non potest, 12. q. 2. *c. nulli*. *cap. prædia*. *item reg. juris*, in 6. *c. semel*, 51.

ante RELATIONEM consultationum exemplum litigatoribus edendum, *c. intimasti*, 68. *de appellationibus*.

Ne relatione pendente Judex pronunciet, vel aliquid innovet, *c. licet*, 5. *de officio legat.* 2. *quæst.* 1. *c. nomen*. *vers. quod nec in negotiis*.

Relatione facta & responso accepto, sententiaque exinde lata, appellatio denegatur, 2. q. 6. *c. biduum*. §. *fin.* ad quos fit RECURRENDUM, si sacra scripturæ auctoritas desit, *dist. 20. c. ult.*

RELIQUIÆ non debent exponi venales, & antiquæ extracaplam non sunt ostendendæ, *c. 2. de reliquiis*

Reliquiæ de novo inventæ absque Papæ approbatione non sunt venerandæ, *c. 1. eod. tit.*

REMEDIIUM *c. redintegranda*, 3. q. 1. *c. redintegranda*.

REMISSIONIS literas possunt Episcopi concedere: & quantum generales remissiones valeant, *vide in c. nostro*. & *c. quod autem*, *de poenitent. & remiss.*

RENUNTIARE non videtur, qui deceptus aliud facit, *c. lectæ*, *de renunciat.*

Renuntians Episcopatu quando ad illum resumere possit, *cap. post translationem*, *eod. tit.*

Renuntians beneficio potest ad illud denuo admitti, *cap. veniens*, *eod. tit.*

Non renuntiat juri suo, qui gratiæ se committit, *ibidem*.

Renuntians instrumentis liti renuntiasse videtur, *cap. cum pridem*, *de pact.*

Renutiare potest quilibet juri suo, *cap. statuimus*, *de regular.*

Renutiare potest quis tacite privilegiis suis, *cap. accedentibus*, *de privileg.*

Renuncians beneficio in manu Laici, ipso jure eo privatur. *cap. quod in dubiis*, *de renunciat.*

Renuntiatio bene regentis non est facile admittenda, *cap. nisi cum pridem*, *eod. tit.* ubi simul notantur causæ renunciationis.

Renuntiatione facta ipso jure irrita sunt instrumenta, *cap. sane*, *eod. tit.* & *cap. cum pridem*, *de pact.*

Archiepiscopus renuntians in illo loco pallio uti non potest, *c. ad supplicationem*, *de renunciat.*

Renutiare quis potest beneficio sibi concessio, sed non collegio dato, *c. si diligenti*, *de foro comper.*

Renutiare quis non debet beneficio absque consensu Episcopi, & quando repetere possit renuntiationem, *cap. admonet*. & *cap. sane*, *de renunciat.*

Renuntians beneficio metu, vel vi, illud non perdit, *cap. ad audientiam*, *de iis quæ vi*.

Renunciens beneficio suo coram Judice competenti, illud repetere potest, *c. accepta*, *de restitut. spol.*

REPRESSALIÆ dantur, quando generalis rerum retentio auctoritate principis, vel civitatis, pro damni recompensatione indulgetur, *cap. dominus*, 23. *quæst.* 2.

Repressaliæ de jure canonico & civili prohibentur, unde in repressaliis ultra sortem nihil debet accipi, *c. unicus*. *lib. 6. de express.*

Repressalias concedentes contra Clericos, vel accipientes, si singulares sunt personæ, excommunicationis, si universitas, interdicitur sententiam incurrunt, nisi intra mensem retractent, *ibid.*

REI VENDICATIO non nisi adversus rei possessorem competit: nisi dolo deserit possidere: hic enim pro possessore habetur, *c. pro possessore*, 36. *de reg. juris*.

Rei vindicatione instituta, regulariter quidem ipsa res venit in condemnationem. Nisi res sit consecrata: tunc enim æstimatio ejus venit præstanda, 14. q. 6. *c. 1. §. fin.* *cum c. seq. comperimus*.

Rei vindicatio ibi, ubi res est, de qua contenditur, competit, *cap. sane si*, 3. *de foro comper.*

In rei vindicatione actor rem, quam petit, tenetur specificare ac designare, *c. significantibus*. 2. *de libelli oblatione*.

In rei vindicatione succumbit actor non probans causam, ex qua petit, licet post actionem in iudicium deductam ex alia causa dominium sit nactus, *c. Abbate*. 3. *de re judicata*, *in 6.*

In rei vindicatione actor reo sumptus, quos in rem bona fide fecit, tenetur restituere. A qua regula excipitur pretium, quo rem comparavit, 16. *quæst.* 3. *cap. penult.* §. *univers.*

Rei vindicatio longi temporis præscriptione eliditur, *cap. cum olim*, 18. *de præscriptionibus*, 16. *quæst.* 3. *cap. placuit*. *ut quicumque*. §. *præscriptionum*.

RESIDENTIAM non faciens Canonicus admonitus, nec appellationem ob hoc factam prosequens privetur præbenda, *c. pervenit*, *de appellar.*

Residens intelligitur, qui jura Ecclesiæ suæ prosequitur, *cap. cum dilectus*, *de Cler. non resid.*

Residere nolens, admonitus, beneficio privetur, *c. ex parte*, *eod. tit.*

Residens dicitur, qui in servitio est Papæ, vel iusta de causa abest ex licentia, *c. ad audientiam*, & *cap. relatum*, *eod. tit.*

Ad residentiam compelli possunt Clerici per suos Prælatos, *c. cum ad hoc*, *eod. tit.*

Residens studii causa, quantum recipere debeat, *vide in c. licet*, *de præbend.*

Residere debet quilibet per se, non per alium, *c. conquirente*, *eod. tit.*

Non residens, post citationem, per sex menses est expectandus, *c. tuae*, *eod. tit.*

Non residens, etsi Cardinalis, Ecclesia privandus, *cap. 2. eod. tit.*

RESPONSA prudentum, vide supra in litera O. opiniones.

RESTITUERE in integrum, ad quem spectat, *vide c. in causa*, *de restit. in integr.*

Restitutio fieri non debet, antequam citetur reus, si contumax est, *c. quoniam frequenter*, *ut lit. non contest.*

Restituenda est possessio cum omnibus, quæ interim percipi potuissent, *c. gravis*, *de restit. spol.*

Spoliatis per sententiam iniquam bona restituenda sunt, *cap. ex insinuatione*, *de procurat.*

Restitutio prius facienda est in causa possessionis, ante litis ingressum, *c. 1. & 2. de restitut. spoliar.*

Restitutio prius facienda est in causa possessionis, ante litis ingressum, *c. 1. & 2. de spoliar.*

Restitutio in spiritualibus peti potest, *c. cum venissent*, *de restitut. in integr.*

Restituendus est prædo secundum juris rigorem, & de restitutione prius agendum, quam de canonica institutione, *c. literis*, *de institut. spoliar.*

Restitutionem potest petere Ecclesia, etiam contra latam sententiam, *c. ex literis*, *de restit. in integr.*

Restituta uxore, debent omnia ejus bona simul restitui, *c. accedens*. 2. *ut lit. non contestat.*

Restitutionem petenti non potest adversarius crimen opponere, *c. item cum quis*, *de restit. spoliar.*

Restitutionem petens quid probare debeat, *c. olim*, 4. *eod. tit.*

Ad restitutionem non est cogendus, qui non potest, *c. cum tu*, *de usur.*

In restitutione matrimonii necesse est probare jus matrimonii, & possessionem corporalem per carnalem copulam, *c. ex parte*, *de restitut. spoliar.*

Restitutionem matrimonii impedit adulterium publicum, *c. significasti*, *de divortis*.

Restitutio denegatur mulieri volenti cohabitare viro, cum contumelia creatoris, *c. gaudemus*, *eod. tit.*

Restitutionem mulieris quæ impediunt, *vide in literas*, & *cap. ex transmissa*, *de restitut. spoliar.*

Restitutionem petere non potest possessionem de jure non habens, *c. ex parte*, *de restitut. spoliar.*

Restitutio favorabilis est in causa matrimonii, *cap. ex literis*, *de in integr. restitut.*

Restitui potest Ecclesia contra aliam Ecclesiam, *c. auditis*, *eod. tit.*

Restituere quis tenetur omnia, quæ medio tempore percepit, si adversarius suum jus probaverit, *cap. suscitata*, *eod. tit.*

RES cum suo onere transit, *c. non sit in homine*, *de decim.*

Res, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur, *cap. 1. de reg. juris*.

Non sermoni res, sed rei sermo est subiectus, *c. intelligentia*, *de verb. signific.*

REVOCATIO mandati non valet, priusquam in causa sit conclusum, *cap. audientis*, *de procurat.*

Revocationi æquivalet certa Principis scientia, *c. pastoralis*, *de offic. delegat.*

Revocatio procuratoris non valet, nisi de ea Judici constet, *c. ex parte*, *de rescript.*

Revocari potest illicitum mandatum per superiorem, *cap. quintavallis*. *de jurejur.*

REUS, *cap. 10. §. reus*, *de verb. signific.*

Non debet actori licere, quod reo non permittitur, *c. non licet*, 32. *d. tit. l. non debet*, 41. *ff. eod. tit.*

Reus condemnatur in expensis, actore ex decreto primo in possessionem misso, etiam lite pendente, *c. 1. de seq.*

Reus si post litem contestatam non comparuerit, ad sententiam definitivam procedatur, *cap. prout*, *de dol.*

Reus contumax potest adhuc a Judice citari semel, *ibid.*

Reus, actore non probante, absolvitur, *c. accedens*, *de priv.*

Reus absolvitur, ubi obscura sunt partium jura, *c. inter, de fid. instrum.*

RESTITUTIO in integrum partibus presentibus petenda ac decernenda, *c. cum ex literis, 5. tandem §. deliberatio, de in integr. restit.*

Non totius temporis restitutio facienda, sed ejus tantum, quando se laesum probat, *Clement. 1. in fin. de in integr. restit.*

In integrum restitutus meliorationes adversario restituere debet, *c. 1. in fin. de in integr. restit.*

SACERDOS, *distinct. 21. c. Cleros. §. Sacerdos.*

Sacerdos qualiter se circa confessionem habere debeat, *vide in c. omnis, de penit. & remiss.*

Sacerdotis filiam carnalem ducere non potest baptizatus ab eo, *c. ult. de cogn. spirit.*

Sacerdos cum virgine matrimonium contrahens, post poenitentiam dispensationem obtinere potest, *c. sane, de Cler. conjug.*

Sacerdos advocatus esse non debet, *c. cum Sacerdotis, de postulat.*

Contra Sacerdotem infamatum qualiter est procedendum, *c. 2. de purgat. canon.*

Sacerdos consanguineam foeminam in domo non habeat, & suspecti post triam denunciationem excommunicentur, *c. 1. & 2. de cobabit. Cler.*

Sacerdotis confessionem revelantis poena, *c. omnis, de penit. & remiss.*

Sacerdos hominem casu interficiens non est deponendus, *c. interfecisti, de homicid.*

Sacerdos puerum disciplinae causa percutiens, ita ut istum moriatur, deponendus est, *c. Presbyterum, eod. tit.*

Sacerdotii incapax est bigamus, *c. 1. de bigam.*

Sacerdos non habeat officium interdictum, vel simile, *c. Sacerdotibus, ne Cleric. vel Monach.*

Sacerdoti infamato purgatio indicitur, *c. significasti, de adulter.*

SABBATHIS carnes comedere licet secundum mortem patriae, *c. consilium, de observat. jejun.*

SACRUM quod est vel semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum, *c. semel, 51. de reg. jur. in 6.*

SACRAMENTUM, *3. q. 1. c. multi. §. sacramentum. & de ratione nominis, d. c. multi. §. sunt autem sacramenta. versic. quae ob id sacramenta, usque ad vers. quae ideo fructuosa. Item d. dist. 2. c. qui manducant. §. ista ideo dicuntur sacramenta.*

Definitio sacramenti, *1. q. 1. c. multi secularium. §. sacramentum, de consecrat. dist. 2. c. sacrificium. Declaratur dist. dist. 2. c. signum.*

Divisio sacramentorum in sacramenta necessitatis & dignitatis, *1. q. 1. c. remissionem. §. sed notandum est.*

Species sacramentorum, *d. quest. 1. c. multi secularium. §. sunt autem sacramenta.*

Sacramenta libere sunt conferenda, absque ullius praemii exactione, *c. ad Apostolicam. & c. cum in Ecclesia, de simon.*

Sacramenta collata ab excommunicato, in excommunicatione vim habent, licet talis conferens peccet, *cap. si celebrat, de Cler. excommunic.*

Si Sacramentum est praetermissum, caute supplendum est, *c. 1. de sacram. non iter.*

Sacrum trahit ad se non sacrum, *c. quod in dubiis, de consecrat. Eccles.*

Sacra non debent Laico pignori dari, nisi in necessitate, *c. 1. de pignor.*

SACRARIUM ingredi prohibentur Subdiaconi & Ministri non sacriati, *dist. 23. c. non oportet Subdiaconos. & c. non oportet, in sacros.*

SACRIFICIUM *cap. multi. §. sacrificium, de verbor. signific.*

SACRILEGIUM QUIBUS MODIS COMMITTATUR. SACRILEGIUM est quicquid in sacris Deo rebus, & Episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputatur, *c. quae multotiens, 7. de reg. jur. 12. qu. 2. c. nulli. c. praedia, 13. q. 2. c. qui oblationes, in fine, 17. qu. 4. c. qui rapit, c. si quis contumax. §. sacrilegium ergo. c. quisquis. §. sacrilegium, usque ad finem. etiamsi rem privatam e loco sacro quis furripuerit, dist. c. si quis contumax. §. sacrilegium ergo. vers. vel non sacrum. & d. c. quisquis. §. similiter sacrilegium. & §. fin. quod fallit, si sacrum e loco privato furripuerit, 23. q. 4. c. quid ergo, §. fin.*

Si res Ecclesiae alienat, vel alienationi consentit, sacrilegium committit, *17. q. 4. c. omnes Ecclesiae.*

Si Ecclesiam non permittat ordinari vel consecrari, sacrilegium committit, *1. q. 1. c. nullus. §. qui autem, cum c. sequente.*

Si de iudicio Imperatoris vel Papae dubitat, sacrilegium committit, *dist. §. committunt etiam. vers. aut qui de principali. §. fin. cum c. seq.*

Si quis legata Ecclesiae retineat, sacrilegium committit, *13. q. 1. c. qui oblationes, in fin. 17. q. 4. c. sacrilegium.*

Si divinam Legem non observat, vel in articulis fidei errat, sacrilegium committit, *17. q. 4. c. si quis suadente. §. committunt etiam.*

Si Sacerdotes insequitur, sacrilegium committit, *d. q. 4. cap. sicut qui. c. si quis contumax. §. dicitur etiam. c. quisquis. §. 1. vers. seu qui injuriam. c. si quis deinceps. c. si quis suadente, in princ.*

Sacrilegium committitur, si Laicus jura Ecclesiastica usurpaverit, *c. conquestus, 16. de foro comper.*

SACRISTA & de hujus officio, *cap. unico, de officio sacristae.*

de SALARIO & mercede Magistris ac Doctoribus artium liberalium decernendo, *c. 1. c. quia nonnullis, 4. & c. ult. §. fin. de magistr.*

SALITOR, *vigesima sexta, questione tertia, c. 1. §. salitores.*

SAPIENTIA, *de poenitent. dist. 2. c. sapiens.*

SATISFACTUM *cap. ex parte, 23. de verbor. signific.*

SCANDALUM non debet bonum faciendum impedire, *c. nisi, de renuntiat.*

Ob scandalum ea quandoque sunt omittenda, quae pro rigore juris sunt statuta, *c. super quodam, de statu Monach.*

SCHOLARES Canonici plene recipiant fructus praebendarum suarum, *c. super specula, de magistr.*

Scholares in universitate possunt statuta facere, & citare, & contumaces punire, *c. ex literis, de constitut. Item possunt constituere procuratorem in curia Papae, c. quis in causis, de procurat.*

SECUNDUM *c. Abbate, 25. de verborum significat.*

SEDE vacante, nil debet innovari vel mutari, *cap. 1. ne sed. vacant.*

SENATUSCONSULTI definitio, *dist. 2. c. Senatusconsultum.*

SENTENTIA injusta Judicem potius laedit, quam eum, in quem temere fertur, *11. q. 3. c. nolite. §. fin.*

De sententia non praecipienda, *11. q. 3. c. summo pere.*

Sententia ab ipso Judice sedente recitanda, *c. ult. §. fin. de re judicata in 6. fallit in Episcopo Judice, d. cap. ult. in princ.*

De sententia in plurali, non singulari numero proferenda, *c. cum ab uno, 4. dist. tit.*

De sententia ex scripto recitanda, *1. qu. 1. c. in primis. §. sed.*

§. sed & de personis, vers. si scriptis judicatum, & §. fin. cum c. seq. c. legum. Nisi Episcopus in causa Clerici sententiam ferat, *11. q. 1. c. si quis cum Clerico.*

SEPULTURA est eligenda apud loca magis religiosa, *c. 3. de sepult.*

Sepulturam debet quis eligere in loco parentum suorum, *c. 1. de sepult.*

Sepulturam eligere potest uxor, sicut vir, *c. de uxore, eod. tit.*

Sepulturam filio minori potest eligere pater, *ibid.*

De sepulturis hospitaliorum, *c. in nostra praesentia. eod. tit.*

Sepelire non licet Clerico raptorem, nec in mortali peccato decedentem, *c. 2. de raptorib.*

Sepultura conceditur Clericis interdictum servantibus, *c. quod in te, de penit. & remiss. Item facinoroso poenitenti, c. ult. in fin. eod.*

In sepultura non est danda portio canonica, si ad fabricam, & ad luminaria quaedam data sint, *c. ex parte, 3. de verb. signif.*

Pro sepultura nil est dandum, *c. abolenda, eod. tit.*

SEQUESTRATIO sit rei servandae causa, *c. 1. eod. tit.*

Sequestrationem bonorum impetrare potest mulier propter inopiam viri, *c. per vestras, de donat. Item si etiam propter contumaciam absentis suspecti possessoris, c. ex literis, de dolo, & contum.*

Sequestratio injusta revocatur, *c. 1. de sequestr. posses. & fruct.*

Sequestrantur fructus lite pendente, *c. 2. de sequestr. fruct.*

Si SERVUS Judaei Christianus fieri desideret, per hoc liber efficitur, *dist. 54. c. nulla. §. fin. cum cc. sequent. usque ad c. si servus absent.*

Si Servus Episcopus sit factus, per hoc liber efficitur, *dist. 55. c. si servus sciente. §. Episcopalis.*

Servus non ordinatur invito domino, alias deponitur & domino restituitur, *c. 1. 2. & 5. de serv. non ordin.*

Servus Ecclesiae quomodo potest manumitti, *vide in c. Episcopi, eod. tit.*

Servi, & libertae filius liber est, *c. dilectus filius, de serv. non ordin.*

Servus matrimonium contrahere potest, domino suo invito, *c. proposuit, de conjug. serv.*

Servus fugitivus per fraudem ordinatus deponitur, *cap. de servorum, de serv. non ordin.*

Servus ad ministrandum domino in sacerdotali ordine constitutus, si renuntiat officio, deponatur, *c. nullus, eod. tit.*

de SCHISMATICIS Jacobo, Petro, & Joanne de Columna, *c. unico, de schismaticis, in 6.*

SIGILLO novo non utantur nisi collegiati, *c. dilectus, de excess. Pralat.*

Sigillum non probat, nisi sit authenticum, *c. 2. de fid. instrum.*

Sigillum capituli dicitur authenticum, *c. 3. de probat.*

Item sigillum principis, *c. cum dilectus, de fid. instrum.*

Ex sigillis veritas privilegiorum, vel falsitas dignoscitur, *ibid.*

Sigillo authentico debet sententia excommunicationis corroborari, *c. cum medicinalis, de sentent. excommunic.*

Sigilla falsa deficientium vel fingentium poena, *c. 3. de crimem. falsi. c. cum olim, de offic. judic. deleg.*

Qui Signa rebus alienis imponunt, coercendi, *16. q. 6. cap. 1.*

SIMONIA, *1. quest. 7. c. ult. in princ.*

Ejus definitio, *1. q. 1. c. qui studet. Ex hoc canone Simonia definitur studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia.*

Est autem Simonia dicta a Simone Mago, *24. quest. 3. v. pen. in princ.*

Simoniam vero esse haesim, patet ex d. ult. in princ. 1. q. 1. c. ventum. §. fin. cum c. seq. c. cum omnis. c. eos quis. c. placuit. §. ex illa. Concordat item proposita causa, *1. qu. 1. c. erga Simoniacos. & c. tanquam. & 1. qu. 3. c. ea que. item extravagans com. 2. de Simonia. extravag. com. 1. de sentent. excomm. Obijcitur 1. qu. 1. c. placuit. §. itens opponitur. Species seu exempla hujus causae exponuntur, c. non satis, 8. & c. cum in Ecclesia, 9. de Simonia.*

QUID SIT SIMONIA, ET QUOMODO COMMITTATUR. Simonia est pactio circa spiritualia vel eis annexa, *c. questum, de rerum permur.*

Ut promovere negotium spe beneficii Ecclesiastici promissi, *c. cum essent, de simon.*

Item docere pro mercede, cum salarium ab Ecclesia constitutum habeat, *c. de magist.*

Item pro consecratione aliquid ultra procuracionem accipere, *c. cum sit, de simoniac.*

Item, ubicunque spirituale pro temporali venditur, *c. in tantum, eod. tit.*

Simonia est aliquid pro sepulturis recipere, vel pro exequiis, inthronizatione, vel quocunque sacramento, *c. cum in Ecclesia, eod. tit.*

Item per gratiam vel favorem publice peccantem non corrigere, vel denunciare, *c. nemo, eod. tit.*

Item promittere beneficium electori, *c. de hoc, eod. tit.*

Item Ecclesiam emere vel redimere, *c. que velam, eod. tit.*

Item poenitentem indignum propter favorem aut gratiam reconciliare, vel poenitentem ex odio repellere, *cap. nemo, eod. tit.*

Item homagium petere pro beneficio, *cap. ex diligenti, eod. tit.*

Item pro Ecclesiastico ministerio aliquid petere, *cap. 1. eod. tit.*

Simonia est omne impensum pro quolibet obsequio in ordinatione, *c. 1. eod.*

Item ementes & vendentes Ecclesiarum administrationem simoniam committunt, *c. consuleve, eod. tit.*

Simonia est aliquem pro pretio absolvere, *cap. ad aures, eod. tit.*

Simonia sola intentione committi potest, *cap. tua nos, de simon.*

Simoniam quae munera, & quando inducant, *vide in c. dilectus filius, eod. tit.*

In simonia gratia, favor, vel odium loco pretii succedunt, *c. cum essent, eod. tit.*

In simoniaco contractu tantum valet remittere, quantum dare, *c. veniens, de restit.*

Simoniacus est, qui de bonis suis praebendam constituit, ut ad eam Canonicus recipiatur, *c. tua nos, de simon.*

Simoniacus est recipiens pecuniam pro eo, ad quod tenetur officio, *c. dilectus filius, de simoniac.*

Simonia est temporalia dare, spiritualia lucranda causa, *c. tua nos, eod. tit.*

Simonia non est dare suae Ecclesiae, & postea petere ut recipiatur in ea, nisi corrupta sit intentio & dantis, & recipientis, *ibid.*

Simoniacus non dicitur Episcopus, qui jura Episcopalia pro annua pensione alteri cedit, maxime ubi Papae confirmatio accedit, *c. constitutus, de religiof. domib.*

Simonia non est, si Clericus possessor vexationem redimit, *c. dilectus filius, de simon.*

EORUM QUI SIMONIAM COMMITTUNT PENA. Simoniacus convictus perpetuo est deponendus, *cap. de hoc, eod. tit.*

Debet purgatio iudici de simonia suspecto, in qua si defecerit, beneficio privetur, *cap. insinuatum, eod. tit.*

Similiter beneficio, & officio privetur munus aliquod recipiens pro chrismate, *c. non satis, eod. tit.*

Simoniace ordinatus Missam cantare non potest, c. 4. eod. tit. de simon.

Contra simoniacum admittitur testis servus, & criminofus, c. tanta, eod. tit.

Quæ sit poena intrantis, & recipientis in Ecclesia quendam simoniace, vide in c. dilectus filius, eod. tit.

Per simoniam aliquem beneficio privans deponatur, c. qui alium, eod. tit.

Contra simoniacum potest agi per certa signa, c. sicut simoniaca, eod. tit.

Simoniacus de simonia testificari non potest, c. si dominus, de simon.

Simoniace religionem scienter intrans locum illum deserat, & actiorem suscipiat, c. de regular. eod. tit.

Simoniace promoti, quamvis parvuli per parentes ignoranter beneficium adepti illud resignare tenentur, c. per suas, 2. eod. tit.

Circa simoniace accusatum quæ attendenda, ibid.

Simoniaca promissio promittentem non obligat, c. hoc autem, eod. tit.

Cum simoniaco aliquando potest dispensari, c. per suas 2. eod. tit.

Simoniam ex sola intentione committens non tenetur renuntiare, vel restituere, c. mandato, eod. tit.

SOLVITUR eo genere quodque, quo colligatum est, c. 2. de reg. jur.

SOLUTIO proficit debitori ad liberationem, & exceptionem. Nisi alii, quam creditori solutum sit, c. ea re, 22. de iurejur. item nisi alii pro alio solvatur, vel præstetur, c. cum aliquib. 6. de re iudic.

Solutio præterea proficit debitori, si causa, de qua iudicatum est, & quæ per sententiam est finita, rursus deducatur in iudicium: nam obstat rei iudicatæ exceptio, etiamsi cum antea apud Ecclesiasticum Iudicem actum esset, nunc apud civilem Iudicem agatur: vel contra, c. ult. de except. in 6. quod an semper verum sit, vide in 11. q. 1. c. quicumque.

Fallit suprascripta regula, si ex alia causa nunc agatur, quam actum esset antea, c. ult. de causa possess. cap. cum olim, 24. de privileg. Nisi in rem agatur, c. Abbate 3. de re iudicata in 6. Approbatur ibid. 9. secus autem.

Fallit secundo, si causa, ob quam in priore iudicio reus fuit absolutus, in posteriore iudicio cesset, c. adversario 13. de exceptionibus, Clem. ult. de appellat.

Tertio fallit, si contra alium in iudicio priore actum est, quam contra quem nunc agitur, c. cum olim 7. de causa possess. quod ita est, nisi prior, & posterior conventus sint litis consortes, 2. q. 6. c. ei qui appellat. 9. quandoque.

Quarto fallit, si alius antea egerit, quam qui nunc agit, c. cum super, 17. de re iudic. c. inter dilectos, 8. §. fin. in fine, de donat. c. 1. §. per præfatam, de iure patron. in 6. proficit tamen prior solutio, si cum posteriori actori actio primum competeret, is alium antea agere passus sit, cap. quomodo, 25. de re iudic. ut etiam si posterior actor sit successor ejus, qui antea agit, d. c. 25. in fin.

Quinto fallit, si alia res petatur nunc, quam antea est petita, c. dilectus, 18. de off. ordinarii, c. cum olim 7. de causa possess.

Si pro solutione debiti pignoribus cavere debitor sit paratus, per hoc exceptione non defenditur, c. cum aliquibus, 6. de re iudicata.

Solvere non tenetur Ecclesia debita pro ea non contracta, c. de solut.

Ad solutionem debiti pro Ecclesiis ab antecessore contracti tenetur successor, c. 1. eod. tit.

Solutionem debiti neganti incumbit probatio, cap. fin. eod. tit.

Ad solutionem expensarum tenetur, qui diem non servat, c. cum dilecti, de dolo, & contum.

SORORES duæ possunt duobus fratribus copulari, cap. quod super, de consanguin. & affin.

SORTILEGUS, 26. q. 2. c. 1. §. fin. cum c. seq. c. hi qui de paganis, c. non exemplo. q. 5. in princ. c. sortes, perve nit. c. Episcopi in princ. & q. 7. c. non observetis. vers. & sortes. item de sortilegiis, c. 1.

Definitio sortilegorum, 26. q. 1. in princ. cum cap. seq. item q. 3. c. 1. §. sortilegi.

SPECIALE præceptum plus valet, quam generale, c. si adversus nos, de heret.

ad SPECTACULA ne die solemnem prætermissio Ecclesiæ conventu eatur, de cons. dist. 1. c. qui die solemnem.

SPIRITUS sanctus procedit a Patre, & a Filio, c. unica, de summa Trinitate, in 6. de consecr. dist. 5. c. de spiritu, & c. ult.

An, & quatenus permaneat, vel recedat Spiritus sanctus, de pen. dist. 2. c. quærendum. c. potest discursus.

SPIRITUALIA pro temporalibus commutari non possunt, c. exhibitio, de ver. permut.

De spiritualibus potest in arbitros compromitti, c. nisi, de præb.

In spiritualibus non ex legum distinctione, sed ex æquitate canonum procedatur, c. literas, de juram. calumn.

In causis spiritualibus non recipitur juramentum calumniæ, ibid.

SPOLIANTES naufragos incidunt in canonem, cap. excommunicationi, eod. tit.

Spoliatus conveniri non potest, antequam restituatur, 2. q. 6. c. ult. §. appellatore, 1. de rest. spol.

SPONSALIA, 30. q. 5. c. nosterates.

Dividuntur in sponsalia de præfenti, & de futuro, cap. si inter virum, 31. de sponsalib.

Sponsalia de futuro solvuntur per sequentia de præfenti, c. 1. de spons. duor.

Sponsalia dicuntur matrimonium consummatum, si carnalis copula intervenerit, c. veniens, de spons.

Sponsalia de futuro solvit lepra, vel alia deformatio similis, c. quemadmodum, de iurejur.

Sponsalia quando inducant publicæ honestatis iustitiam, vide in c. literas, de despons. impub.

Sponsalia de præfenti dissolvi non possunt, c. 1. & 2. de spons. duor.

Sponsalia ante septennium rite contrahi non possunt, c. ad dissolvendum, de despons. impub.

Sponsalia per vim contracta, etsi sponsa fuerit in domum sponsi deducta, non valent, c. ex literis, eod. tit.

Sponsam fratris nemo, etiam fratre mortuo, habere potest, propter publicæ honestatis iustitiam, cap. ad audientiam, de spons.

Sponsa sponsum vagabundum sequi non tenetur, nec eum diu expectare, c. de illis, eod. tit.

Sponsa de præfenti vivente sponso alium ducere non potest, nisi prior religionem intret, c. 2. de spons. duor.

Sponsa duorum dicitur, quæ cum uno per verba de futuro contrahit, cum altero per verba de præfenti, cap. 1. eod. tit.

Sponsa duorum lite pendente cum neutro contrahere potest, donec quæstio decidatur, c. tua fraternitas, eod. tit.

Sponsalibus contractis inter puberem, & impuberem, pubes per verba de præfenti consentiens dissentire amplius non potest, sed impubes, cum pubes factus erit, poterit dissentire, c. de illis, de despons. impub.

Sponsalia sunt, & non matrimonium, quæ ante annos legitimos fiunt, c. tua nobis, eod. tit.

Sponsalia de præfenti contrahens ad consummationem cogendus est, c. ex literis, eod. tit.

Sponsalia de futuro qui contraxerunt, possunt mutuo disensu separari, c. præterea, de sponsalib.

Sponsalia sub honesta conditione contracta non valent ante conditionis eventum, c. de illis, de condit. apposit.

Sponsalia contrahi possunt inter absentes per personam interpositam, c. veniens, qui Cler. vel vov.

Qui sponsalia contraxit cum puella in canubulis existente, ea mortua matrem ducere non prohibetur, c. literas, de despons. impub.

Sponsalia quæ ætate dissolvantur, vel consummentur, vid. in c. arrestationes, eod. tit.

Sponsaliorum probatio viro incumbit, c. 1. de clandestin. despons.

Sponsalibus conditio inhonesta apposta, quæ contra substantiam matrimonii sit, ea rumpit, & dissolvit, cap. ult. de condit. apposit.

Ad sponsalia consummanda hortandus quis potius est, quam cogendus, c. requisivit, de sponsal.

Sponsaliorum, & nuptiarum promiscuus usus: ideo 27. q. 2. Gratianus differit, an sponsalia conjugii appellatione contineantur, seu an sponsus, & sponsa conjuges recte dicantur: cujus quæstionis partem quidem affirmativam primum probat argumentis, & auctoritatibus, d. q. 2. in princ. c. sufficiat. §. cum ergo, c. beata. §. fin. c. conjuges. c. conjunx. c. omne itaque. c. qui desponsatam, in princ. & §. 1. item cap. si quis desponsaverit, §. fin.

Deinde partem negativam defendit, sponsalia videlicet conjugii appellatione non contineri, & sponsum, sponsamque conjuges non recte dici, d. §. fin. cum seq. & d. q. 2. c. decreta. §. 1. c. quod autem. §. unde apparet. §. item si sponsa, c. si quis sponsam. §. 1. c. statutum. §. apparet. Postremo Gratianus hanc canonum contrarietatem reconciliare conatur, distinctione facta inter conjugium initiatum, & ratum: initiatum appellans, cui carnalis copula non intervenerit: ratum appellans, cui copula ista intervenerit, d. c. statutum. §. quomodo, & d. q. 2. c. cum initiatur.

SPORTULARUM nomine Clerici judicantes, nihil pro suis sententiis accipere debent, c. cum ab omni, 10. de vita, & honest. Cler.

Taxatio expensarum pro literis cancellariæ dandarum, extravag. Joann. 22. unic. de sent. excomm.

STATUTA Ecclesiæ variari possunt pro tempore, c. non debet, de consang. & affin.

Statuta Laicorum super rebus Ecclesiæ non valent, nisi ab Ecclesia confirmantur: & statuentes contra Ecclesiam sunt excommunicandi, nisi statuta revocent, c. noverit, de sent. excomm.

Ex STIPULATIONE poenali si non fiat, quod sub poena promissum est, actio datur ad poenam petendam. Nisi matrimonium sub poena sit promissum, c. gemma, 29. de sponsalib. item nisi pro parte præstitum sit, quod sub poena promissum est, hoc enim casu poenalis stipulatio non nisi pro reliqua parte, non in solidum committitur, c. suam, 9. de penis.

SUBDELEGATUS a Principe solus alteri causam subdelegare potest, c. cum causam, de appellat.

A subdelegato si fuerit appellatum, delegatus procedere poterit, si aliquid jurisdictionis sibi retinuerit, c. super quæstionum, de offic. deleg.

SUBDIACONI, dist. 21. c. Cleros. §. Hypodiaconos.

Subdiaconus non debet esse minor viginti annis, dist. 77. c. Subdiaconus.

Calicem, & patenam ad altare defert, Diaconis tradit, urceolum quoque, & aquam, manile, & manutergium tenet, & c. dist. 25. c. 1. §. ad Subdiaconum, dist. 23. c. 1. §. deservientes.

Tom. II.

Subdiaconus, & Diaconus simili gaudent privilegio, c. miramur, de serv. non ordin.

Subdiaconus a Papa ordinatus privilegium habet, c. cum in distrib. de temp. ordin.

Subdiaconus potest eligi in Episcopum, & cura animarum ei committi potest, c. a multis, & c. præterea, de etat. or. 17.

SUCCESSOR, dist. 21. c. Cleros. §. succentor.

SUCCESSOR præstat factum prædecessoris, nisi perniciosum sit, tunc enim mutat, 63. dist. c. quia sancta. §. verum.

Nemo plus juris ad alium transfert, quam ipse habuit, c. nemo potest, 79. de reg. jur. in 6.

Successor uti debet jure sui actoris, c. is qui 46. dist. tit. secus si manifesta sit iniquitas, 100. dist. c. novis.

Successor justam habet ignorantiam causam, c. cum quis, 14. de reg. jur. in 6.

SUFFRAGANEUS Archiepiscopi delegationem invitus recipere non tenetur, c. pastoralis, de offic. ordin.

SUI Clerici, c. sicut, 5. de verb. sign. in 6.

SUPERSTITIO est, quicquid institutum est per homines ad faciendam, vel colendam idola, vel ad colendam, sicut Deum, creaturam, 26. q. 2. c. illud.

SUSPENSUS nec eligi, nec eligere potest. c. cum dilectus, de consuet. nec beneficium conferre, c. si celebrat. de Cler. excomm.

Si celebret, privatur officio & beneficio, c. Cler. eod. tit.

SUSPENSIONIS CAUSÆ.

Quicumque Ecclesiam pro alienis debitis obligat, suspenditur, c. si quorundam, de solut.

Suspensus est quicumque in mortali peccato existit, cap. quæstus, de cohabit. Cler.

Judex Ecclesiasticus, qui sine scriptis sententiam excommunicationis profert, per mensem suspenditur ab ingressu Ecclesiæ: idem de eo, qui sententiam ex gratia, vel favore in detrimentum alterius partis profert, cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6.

Clericus, qui clandestinis matrimoniis præest vel interest, per triennium suspendi debet, cap. cum inhibitis, de clandest. despons.

Literas Capituli qui corrupti, ab officio & beneficio suspendi debet, cap. tam literis, de testibus.

Sacerdos concubinariis, cum in iudicio per sententiam vel propriam confessionem condemnatur, suspenditur, c. 6. de cohabit. Cleric.

Suspensus celebrans est deponendus, c. veritatis, de dol. & contum.

Episcopus Clericum alterius diocesis ordinans sine literis dimissoriis, per annum suspenditur, cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. & Clerici Episcoporum sic suspensorum possunt sine licentia eorum a vicinis Episcopis canonice ordinari, ibid.

Prælati, qui Ecclesias, vel bona immobilia Ecclesiarum dominio Laicorum subiciunt, eos instituendo vel advocatos vel patronos, per triennium suspenduntur; Laici vero, qui ad hoc prælatos aliasve personas per vim compulerunt, cujuscunque conditionis sint, excommunicationem incurrunt, & nihilominus ipsum factum ipso jure nullum est. Gregorius in cap. hoc consultiissimo, de rebus Eccles. non alien. lib. 6.

IN SUSPICIONEM fidelis homo facile venire non debet, 11. q. 3. cap. absit.

Suspecto non debet causa committi, nec committit Papa ex certa scientia, cap. causam, de offic. deleg. & c. cum inter priorem, de except.

Propter suspensionem, etiam injustam, potest dominus mandatum revocare, cap. ex parte, de rescript.

Ex suspicione potest uxor accusari de adulterio, cap. maritus, de adult.